UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Puer in profundum aquarum prolapsus, per inuocationem B. virginis, non sine miraculo, saluus euadit periculunm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

filiolum peregrinæ reuertamur, Tũgris hæſit ad quindecim dies, populoque paſſim oſtenſus eſt: quem Dominus Gulielmus Cameracenſis Epiſcopus cuſtodiendum & inſtituendum curauit, donec fieret monachus ſancti Guiſleni. Fuit autem puer vterque cum parentibus peregrinus B. Virginis anniuerſarius. Memorata autem hæc miracula, iam dictus Epiſcopus prædicanda & publicanda mandauit.

PVER IN PROFVNDVM AQVA- *rum prolapſus per inuocationem B. Virginis, non ſine miraculo, ſaluus euadit periculum.*

CAP. XXV.

ANno ſupra milleſimum quadringenteſimo nono, puer quidam è Cheruia, mendicus, vndecennis nomine Martinus, Ioannis Barbæ filius ſupra cataractam præalti gurgitis (cui nomen ab ijs qui fila contorquent) carioſo nixus aſſere didicit, ſola id vidente puella & exclamante, quoniam puer mergeretur. Audita eſt autem illa ab homine fila contorquente, Ioanne VVillemano dicto, à ſacrificio miſſæ regrediente: qui mox accurrit, neque videt principio quidquam præter pueri caniſtrum aquis ſupernatans; ſed paullò poſt apparuit facies pueri, manus con-

iungentis & clamantis: O dulcis Virgo Ma-
ria noſtra Domina Tungrenſis, mihi fer o-
pem. VVillemanus bono cum eſſe animo iuſ-
ſit, propitium illi Deum eſſe & beatam Vir-
ginem promittẽs: nec enim illi ſuppetias fer-
re poterat, quod aqua eſſet vicinos pedes &
pliùs alta, ſoluto nimirum gelu. Deuolu-
taque puer eſt ad gurgitis ripam indeque
tractus, ac illæſus inuentus. Quò factum
vt eiuſdẽ menſis die duodecimo, ſacrum ſo-
lemne cum proceſſione publica in gratiarum
actionem fieret, multa cum ſpirituali anim-
rum lætitia: vbi comparuerunt cum puero
bis induto, & manibus cereum geſtante, pa-
rentes, alijque multi Tungrenſes & Cheru-
ſes, cum nonnullis finitimis.

*PVER GRAVE INFORTVNIVM in facie paſſus, ſtatim atque eum parentes B. Virgi-
ni deuouerunt, cereum pro eo detulerunt, &
eundem in eiuſdem ædicula obtule-
runt, protinus ſanus fa-
ctus eſt.*

CAPVT XXVI.

ANno ſupra milleſimum quadringen-
teſimo decimo quarto, Ioannes par-
tulus biennis filius Ioannis Biermerani VVi-
lincuriæ incolæ, incidit in falcem, quæ dex-
xtram illi maxillam cum capite, vſque ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN